


minutorum &c. in parallelo qui, 10. gradibus elevationis poli debetur & est graduū 0. mi. 59. secund. 5. Hos etiam numero in segmento æquatorum à B. nota uersus C. & posito lineali cum una eius parte supra eundem numerum in æquatore, reliqua uero in centrum A. & ubi lineale hunc secundum parallelum qui 10. gradibus debetur ferierit, facio etiam notam, sic etiam fac in omnibus parallelis ab æquatore ascendendo usq; ad 70. iuxta numeros tabulæ. Deinde duc à puncto in punctum lineas, quibus etiam sic productis diuide quemlibet gradum in quolibet parallelo in 5. partes æquales, produc etiam lineas de puncto in punctum ut prius, finaliter impone centro A. filum cum margarita, & erit hoc Meteoroscopium perfectum.



Differentiam graduum & minutorum longitudinum extra æquatorum ad gradus & minuta æquatoris reducere.

Rone filum instrumenti ad lineam A.B. & in tali situ dirige nodulum siue margaritam ad gradum tui paralleli, uel elevationem poli, postea extende filum cum margarita ita immota, ad gradum & minutum differentie longitudinum in eodem parallelo, tunc ostendet tibi filum ita extensum inter gradus & minuta segmenti æquatorum gradus & minuta æquatorum, quæ tuæ differentie longitudinum in tuo proposito parallelo